

Sententiosa dicta Baptiste Ma
tuani Poetarū omnium principis
atq[ue] antesignani. latinitate: elegantia ac morali eru
ditione refertissima: scholastice yuuentuti eruditio
risq[ue] lingue candidatis summe profutura.



¶ Invocatio dileue virginis

Tu mihi diua fave coelum cui militat omne
Presidium nostre veniens illabere menti
Te duce vela clamus portus habitura secundos

¶ Monitio preceptoris

Tu vero artidoce cultor venerande Minerue
Ingenuam doceas sanctis assuescere pubem
Moribus et sacras vestigia ferre per artes
Est opus ardente frenis arcere iuuentam
Vt scinere in mores luxuriare malos

¶ Amor et laus carminum

Carmen amat quisquis tenero bene doctus ab evo
Noniam studijs dulcibus hausit aquam
Dona dei carmen nitidum facundia prestans
Mittitur ex astris a superisq; datur

¶ Laus poete

Pectora diuino vates succenditur igne
Et totam afflatus pымpleo numine mentem
Nectar et ambrosiam libat plebisq; tumultum
Clamosumq; fori murinur plaususq; theatri
Rhetoribus linquens tacito subit astra volatu
Vera cantunt vates dulci condita lepore
Splendoreinq; addunt immortalemq; decorrens
Rebus et ore beant sacro quecunq; reponunt

¶ Poete boni et casti

Vita decet sacros et pagina casta poetas

Castus enim vatum spiritus atq; sacer
Pierides caste, caste libertides unde

Tota pudicitiam vera poesis amat

Carmen amant vere sanctum et sine labe camene

Lascivam oderunt Venerem iuuenesq; petulcos

Non decet obscenis vatem prouimpere verbis

Carmina casta facit Veneris commertia vitat

Castalium veri potant non vina poete

¶ Poete impudic

Vina iocosq; canunt Veneris bachiq; poete

Quod latet in vapido pectore carmen olet

Sautores scelerum corruptoresq; Junente

In mala deceptum plurima vulgus agunt

Dumq; dicere volunt siiasit quecunq; voluptas

In mores acciunt spicula multa pios

Impioha garrulitas verbisq; procacibus ardens

Seminat in sanctam noxia verba fidem

Verba mouent animos oris lascivia pectus

pulsat, et in venas semina mortis agit

Mater adulterij Venus est stupriq; repertrix

Atq; lupanari forniciibusq; fauet

Est deus humanum clemens et amabile numen

Vna tribus virtus vnum tria numina numen

Omnia plena deo nam sicut tota per artus

Corporis mens vna fuit sic unus in vna
Mundi mole deus. mundo tamen amplior ipso
Nec durare potest quicquam nisi porrigit ipse
Auxiliatricem clementi numine dextram.

¶ Unus deus.

Magnus Aristoteles hominū figmenta perosus
Lyncea in aethereos attollens lumina tractus
Vidit in hac unum mundi testudine numen.

¶ Christus.

Vera dei soboles eterna potentia patris
Ut patrias sordes crimengz aboleret auitum
Vulnera suscepit tepidum sudantia rorem
Sicca per aequoreos fixit vestigia fluctus
Defunctus iterum vitam revocauit in artus
Oitis ab obscuro Christus remeavit auerno
Iuit in aethereos ciues et possidet astra.

¶ Gratissimus deo cultus.

Est pietas supraema deo parere nec ullum
Gratus est sacrum nec victimā sanctior ullā
Mens humana omnes operas sine numine perdit
Simplicibus deus presens est offenditur astu
Nascimur arbitrio superum morimurqz nec ulli
Gas sperare hominū quidqz sine numine diuum.

¶ Ingratitudo.

Vil magis auertit coelum & telluris amore

Quam scelus in grata mentis que corde maligno

Muneris authorem nullo dignatur honore

¶ Pena ingratisimis

Sunt loca sub terris quibus est graue tartara nome

In quibus ante alios ausi contempnere celum

Perpetuis ardent ceco sub carcere flammis

¶ Gaudium tristitia mixtum

Vt cecinit solers rerum speculator homerus

Jupiter ante suum statuit duo holia limen

Laetum felle viret dextrum capit aurea mella

Mel nulli sine felle datur quia pura voluptas

Mortales pertesa domos et perfida regna

Hec humana deus grandi confudit aceruo

Tristia cum letis glomerans simul omnia miscens

¶ Virtus

Venite virtutum memores virtutibus ether

Scanditur ad summos quos cernitis itur ad vibes

In virtute labor sed in ipso certa labore

Dona sit ex operis merces eterna resurgit

De sudore quies et de merorie voluptas

Temperat excellens humant pericula virtus

Imponitqz astris frenos et numina vincit

Est virtus hominum dux et fidissima custos

Dignior est sceptro et regni diadema virtus

Vinit apud superos et habet sua premia virtus

a ij

Regna superna petat virtus inferna voluptas
Et scelus a superis habet ac sua premia virtus
Est animis opus excelsis stare omnia contra
Aspera.dura licet tamen est via ad ethera virtus
Assiduum nobis bellum cum lice profundo

¶ Certamen contra vicia

Certandum est nulli veniunt sine marte triumphi

Et nisi certanti nulla corona datur

Est multis certare datum sed vincere paucis

Atque coronari et celebres vectare triumphos

Astra petent pauci.paucis heu flebile dictu

Divorum dominus alta patet.vorat omnia pluto

¶ Labor meretur premium

Mens humana sui sub inertis pondere pressa

Carceris.et terrelatitans in mole caduca

Non nisi per luctus et lamentabilis eni

Supplitia.eternos mundi sortitur honores

Nec nisi per multos voluit dens esse labores

Ad sua regna viam nec sydera segnibus offert

¶ Fortuna.

Si quis us indulget multu in seruatoque tenorem

Prosperitas et blanda diu fortuna secundat

Formidanda magis.nam contrahit omnia in unum

Aspera.ut incertos uno magis obvat iectu

¶ Discimen fortune et virtutis.

Sors facit elatos et rusticitate timentes

Et generant mores corda superba feros

Ephilarans frontem virtus augusta serenam

Cor placidum clemens mite piumq; parit

Fidite virtuti fortuna fugitor vndis

Non manet et certam nescit habere domum

India dum simulat subuertere cogitat othem

Insidias ridens exicumq; parat

Ipsa sibi satis est ipsa est sibi premia virtus

Sors est preter opes et sine honore nihil

Discite quos sursum voluit rota ponere fastus

Trudet ab excuso vos moria parva loco

Plurima virtuti laus hiat premia nulla

Nam deus illius premia solus habet

Pauperibus virtus quia sit sine dote maritis

Vtibit, habet grandes so:s opulenta viros

¶ Bellum.

Triste quid est aliud bellum quam missa per omnes

Publica tempestas diluviumq; domus

Bella necant homines faciunt sine honoribus aras

Orbis et agrovum depopulantur opes

¶ Pax

Pax hominum genitrix pax est custodia rerum

Pax aperit iuris iusticieq; forūm

Gloria pace minor: minor est victoria pace
Atq; aliquid peius pace triumphus habet
Nulla quies homini nulla est sine pace voluptas
Nullus amor nullum religionis opus
Secula pax renouat pax aurea tempora portat
Et mores prisce simplicitatis habet

¶ Contemptus fame.

Quid fama est quid honor: voces et opinio vulgi
Omnia longa dies abolet cum vivere cessas
Omnia sic abeunt ut lux cum sole recedit

¶ Virginitas

Virgineus diuos pudor allicit: emula namq;
Virginitas celo. dñis cognata resistit
Sensibus et ruit celestem in corpore vitam

¶ Janua Veneris.

Per sensus quasi per rinos Venus acre venenum
Influit in mentem quod si male canta recepit
Vulnus agit. sola diuum medicabile dextra

¶ Amor Venereus

Ludit amor: sensus oculos prestringit et aufert
Libertatem animi et mira nos fascinat arte
Versat mille dolos vayas excogitat artes
Ingeniosus amor: venerisq; astuta libido
Quisquis amat seruit sequitur captiuus amantem
Fert domita ceruice ingum fert verbera tergo

Dulcia fert stimulos trahit et bouis instar aratrum
Sit pecus omnis a mans dum pro ratione libido
 Iuditum nuta temperat omne suo
Quisquis enim vinit sine lumine mentis et usu
 Fert hominis vultus ingeniumq; fere
Est pecus et fallax hominem mentitur imago
 Testis opus melior veridicumq; magis
Anser aquis gaudet silvis aper aere falco
 Legibus humanum consilioq; genus
Siraenes satyri panes nympheq; marine
 Et lamie humani corporis ora ferunt
Si videas vultus homines vidisse putabis
 Esse feras constat si intuearis opus
Hinc igitur fati non sunt mendacia vates
 Quando homini vultus imposuere nouos
Qui partim sensu partim ratione feruntur
 Nec vivunt totos cum pietate dies
Hi sunt centauri minotaureq; biformes
 Monstra quibus duplex ambiguumq; genus
Talia significant animos in amore iacentes
 Continuae in mutum degenerare paeccus
 ¶ patria hominis.
Terra domus non est animis accomoda nostris
Altius ut nostrae conditionis honor

Qui nimium terras amat et mortalia tecta
Fallitur est alio patria nostra loco
Hic sumus extores alienaq; regna tenemus
Sub gravis exiliq; servitijq; ingo
Est illic natale solum nostricq; penates
Regnat ubi in decimo maximus orbe pater
¶ Filius sequitur patrem
In sobolem transire patris cum saemine virtus
Sepe solet refertq; satus quo quisq; parente est
Facta mouent animos generosaq; corda nepotum
Sollicitant et calcar habent abiguntq; veternum
Qui viret in folijs venit ab radicibus humor
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.
¶ Contemplatio.

Effuge curarum fluctus et concipe tota
Mente deum pacato animo complectere olimpum
Contemplare polos et duc in sydera sensus
Ut ec semper te terra premat quo scandere mentem
Exutam membris olim mortalibus optas
Affectu memor anteueni delumq; require
Premia terrene mentes terrena sequantur
Regna manent alio nos meliore loco

¶ Exemplum laboris

En formica brevis sed prouida bestia condit
In humam non a farra cauis estate latebis

¶ Voluptas

Illecebris sensum blandis ingressa voluptas
Vincta facit longevo vsu concreta libido
Plumbea fit moles et ineluctabile pondus
Illecebras vite molles deus odit. olympi

Clausa voluptati desidieqz domus

¶ Victoria sui

Ardua res viciisse alios victoria maior

Est animi fluctus composuisse sui

Dignior est qui se qm qui fortissima vincit

Oppida. nec virtus altius ire potest

Omnia qui domuit Veneri seruiunt et ire

Pertulit hoc nullo victus ab hoste iugum

¶ Quies a labore

Omnia que duro sunt debilitata labore

Restituit secura quies. medicamina fessis

Ocia sunt. lassas instaurant ocia vires

Quas labor eruerat quas longa negotia frangunt

¶ Quies a studio

Ingenium nimio roburqz retunditur vsu

Nam labor assiduus mentes ut corpora frangit

Attonitosqz facit sensus et inertia membra

Marinus interpres legum lusisse lapillis

Sceuola narratur curasqz fugasse fritillo

¶ Otium inutile.

Otia damnantur que nulla negotia tractant
Eneruare solent securas otia mentes
Ut sale consperso longos seruantur in usus
Viscera.nec ledi sanie nec tempore possunt
Sic duris animi rebus formantur et omnem
Abhinc aut pessim causam fors aspera tutum
Pribet iter.via sydereas hec ducit in arces.

¶ Tria mundi mala.

Ambiciosus honos et opes et feda voluptas
Hec tria pro trino numine mundus habet.
Hec pariunt rixas : rabidis forta litibus armant
Hec acciunt acri martia bella sono.

¶ Avaritia senectutis.

Scilicet id gelide vitium commune senecte:
Divitias curare nimis capularibus annis
Ingruit ista fames.haec dissidentia sera
Juncta senectuti frigentia pectora curuat
Ad telluris opes studiorumq; accendit habendi.
¶ Divitiae.

Davitiae quae abeant pessum secundumq; ruinis
Involunt grauibus reges regumq; ministros
Sunt scelerum instrumenta quibus subvertitur omne
Justitiae robur caecos quibus itur ad amnes
Sulfureosq; lacus regnum implacabile ditis

Non aliam ob causam mundi saluator iniquas
Appellavit opes et lucra ferentia mortem
Distribuenda pios hominum mandauit in usus

¶ Elemosina.

Res seruata perit miseris data porrigit alas
Ad superos. ale duplices argentea laeua
Aurea dextra. viam datorum ad sydera pendit
Caerta preit viros pietas incaerta sepultos
Consequitur. nam quod nostri est dum vita supstes
Arbitrij. mor est alieni ut vita recessit
Post obitum benefacta manent aeternaqz virtus

Non metuit stygijs ne rapiatur aquis
¶ Vana gloria.

In vitium nisi sit virtus abscondita transit
Et spoliat mentes gloria vana pias

¶ Breuitas boni.

Omne bonum paucis properans elabitur horis
Inuisaqz domos hominum pollutaqz linquens
Limina sincerum petit unde recesserat orbem
Si qua placent abeunt in imia tenacius herent
Inuida mors si quid miseris videt utile terris
Insidiatrices intit ad arma manus

¶ Quare terra faveat malis.

Sponte malos homines et noxia gramina nutrit
Ad maelius saemen faerre recusat hunius

Mitior est proprijs alienaç pignora saemper
Tractat inhuma dura noverca manu
Vir bonus est coeli. m̄nus est telluris alumnus
Quos igitur coelum diligit odit humus
¶ V̄sus vincit naturam.

Saepius a placitis mens est arcenda diuq;
Seruitio duranda graui. nam prona sequarq;
In peiora ruit nisi loia retraxerit v̄sus
Multæ negant coeli que morae parantur et v̄sū
Et studium contra sydera multa potest
¶ Causa tarditatis nostri ingenij
Plurima mortales nos ignorare fatemur
Ingenij moles corporis ista nocet
Non bene digestus ita mens infusa per artus
Tarda fit et crudo pondere et pressa iacet
¶ Aluaritia.

Dira famæs aurii culpæ regna parenſq;
Sola iuvant quæ luera ferunt sint caetera quanq;
Laudibus et praetacio dignissima caetera solidens
¶ Mala nostri temporis.
Iam nihil est sine fraude latent sub melle venena
Tempore namq; isto viclo datur esse pudicum
Est scelus esse pium secli hec est gloria nostri
¶ Ignorantia futuri.
Fallitur in dubijs hominum solertia rebus

Corda nec erentus capiunt humana futuros
Tribula mens homium sortisq; ignara future
Terreretur vanis et vera pericula ridet

Experientia magna parit prudentiam
Ver non vna dies non vna reducit hyrundo
Sie neq; solertes brevis experientia rerum
Fert animos. vigilans prud entia surget ab usis
Multiplici sicut de mille coloribus iris
¶ Tyranni.

Dissipat omne bonum si ne lege licentia regum
Ut boreas frondes glacialis ut hordea grando
Nam nulla est magis humane res noxia genti
Nullaque terrarum pestis capitalior obicit
Quam rex impatiens freni et sine lege tyrannus
Nulla sub indigno virtus est principe tutu
Nulla sub incesto castis est gloria rege
Debita sanguineo moeis sanguinis nolente tyranno

¶ Inquietudo in regno.

Nulla quies regnis etenim vel operta tumescunt
Bellum sub insidijs. vel marte geruntur aperto
Sunt reges iuga que in vita cervice feruntur
Lito: et ambitio primatum infidaq; vulgi
Mobilitas. rerum semper studiosa nouarunt
Sollicitant regnantium animos et pectora rodunt

¶ Bonus princeps.

Sed leue iudicium linguis ac murmura vulgi

Et ridere bonus solet et contempnere princeps

Libertas est summa bonis sub principe iusto

¶ Populus sequitur regem.

Non labor est populis asuescere legibus illis

Quas reges seruare vident.imitabile regum

Semper opus.populis morum exemplaria reges

¶ Tempus.

Omnia destituunt labentia tempora rursum

Omnia restituant.variatqz alterna vicissim

Cuncta.negans hominem rebus fortuna quietem

¶ Incarnationis causa.

Induit humanam effigiem.stacuitqz vocari

Vlumen homo.clauseqz deus se in stemmate nostro

Vtec fuit aduentus ratio fraus illa parentum

Sed decus humanum.venit mouturus ad egros

Ad sanos venturus erat laturus in astra

Incolumes et nos ciues.facturus olympi

¶ Idee in mente diuina.

Mens creandarum deus exemplaria rerum

Sernat et eternis in se videt omnia formis

Et quo quidqz modo fieri quo limine claudi

Possit.vt in rebus nunquam labatur agendis

¶ Consilium.

Res est consilijs securae fidelibus uti
Utilae doctrinis praebere senilibus aures
¶ Vinum.
Vina sitim minuant animiqz doloribus obstant
Vina ut amicicias vires ita corporis augent

¶ Iurgium.

Jurgiabilem aciunt comititia pectus acerbant
Res male tuta viros lingua irritare proterua
¶ Charitas boni viri.

Vir bonus est animal rarum paucasz per urbes
Et per rura locos habet. est rarissima virtus
¶ Stultus.

Stultus dinitiae cui sunt et negligit uti
Stultus qui ut natis cumulet patrimonia partis
Abstinet et genium fraudat. stultissimus et qui
Quae facere ipse potest natis facundia relinquit

¶ Presentia minuit.

Omne bonum praesens minus est. sperata videntur
Magna. velut magis reddit' distantia lumen
¶ Tristitia.

Nero: et affectus alij de cardine mentem
Saepe laeuant. animo sermo venit eger ab aegro
¶ Satur.

Qui satur est pleno laudat leuinia ventre

Et quem nulla praemittit sitis est sicut etiam asper

¶ Malum paupertatis.

Panperies inimica bonis est moribus omni

Labitur in vicium. culpe scelerumq; ministra est

¶ Animus patris in natos.

Sit licet in natos facies austera parentum

Equa tamen semper mens est et amica voluntas

¶ Mirtio velis cum inutile.

Commoditas omnis sua fert incommoda secum

Et sorti appendix est illetabilis omni

¶ Degener.

Decrescit requie virtus adolescere agendo

Degeneres amici primo in certamine cedunt

Nec pudet expelli nec dare terga fuge

¶ Voluptas ruris rustici.

Plena domus curas abigit cellararia plena

Plena penis pleniq; cadu pleneq; lagene

Hores plena. greges leti gravis ere crumenta

¶ Consilium inutile.

Et post iacturam quis non sapit. utile non est

Consilium post facta dari quod oportuit ante

Consilium post facta imber post tempora frugum

¶ Ruina poesis

Dixerere graues musas heroica facta

Quae faciunt reges heroica carmina laudant

Ut cessere viri fortes et nascula virtus
Dicendum altilo qui nihil inuenere poete
Occidit ingenium vatum ruit alta poesis
¶ Mali poete.

Sunt etiam vates quidam sine lege petulci.
Qui sine lege aliti sine preceptoribus audent
Quicquid amant reges et amant infamia solum
Scribere.nam vates etiam dementia vexat
Hi se nescio qua mentis levitate poetas
Esse volunt postquam trivialibus ora cicutis
Applicuere sibi applaudant sua carmina iactant
Insulsi illepidi indoctiles improuidi inepti
Vana superuacuis inculcant plurima verbis
¶ Levitas mulierum.

Semineum servile genis crudelē superbū
Temperiem nunquam : nunquam mediocria curat
Seminat in vulgus migas auditaque lingua
Auget et ex humili tumulo producit olympum
Arte regit gressus et lumina temperat arte
Purpurat arte genas et collocat arte capillos
Deglabrat lavat et pingit striat vngit et ornat
Dedita blandicijs.curande debita forme
Hi iuuenium scopuli syrtes scylle atque caribbes
Ite procul iuuenes simplex et credula turba
Ludunt ignaros decipiuntque rudes

¶ Mors.

Curramus in fatum tacitisq; recedimus annis
Et quid longa dies homini nisi longa dolorum
Colluvies.longi pacientia carceris etas
Longior.

¶ Consolatio in morte.

Et quid flere iuvat mortes alienaq; fata
Nos omnis dominus illa manet.dilabitur etas
Dum loquor et celeres torquent sua stamina parce
Quid iuvat assiduis curas augere querelis
Non revocant surdos hominum suspicia manes
Nostra nec extinctis possunt lamenta mederi

¶ Penitentia

Agnis ut etatis vicium deponit et annos
Augustum per iter graditur perq; aspera saxa
Sic pietas ardens animeq; gementis anhelum
Pondus ab infecti sceleris caligine lustrat
Quantumcumq; gravis fueris tibi conscientia culpe

Corde dole.crimen diluit omne dolor

Scimus enim que sit nostri clementia patris
Quam facili nostras audiatur aure preces
Corda deo dabimus lachrimisq; litabimus illi
Villa accepta magis sunt holocausta deo
Siluges.pater indulgens tua debita solvit
Vult humiles animos vult pia vota deus

Grata deo non sunt fumantia tura. nec ore

Nec sacra. si cordis religione vacent

Virga recens zephiris. nero curuabitur arcis

Igne calib. adamas sanguine corde deus

¶ Terrene cure ad inferos trahunt.

Fam: voluptates honor atqz potentia et omnes

Fortune et fato subiçiuntur opes

Hec sunt que incautas rapiunt in tartara mentes

Ista solent nostros illaqueare pedes

Cedite terrene turpissima vincula cure

Cedite. nec mentes solicitate pias

¶ Qui damnantur.

Est hominum genus istud iners et inutile prouersus

Ocia delicias veneres coniuia et omne

Quod sensum delectat opus preponit olymbo

Hos procul a superis celiqz decemplicis axe

Pellit ad eterno deus antra sonantia luctu

Huc omnes quibus est nimius dominata voluptas

Et diuina quibus visa est nimis aspera virtus

Degeneres anime quasi purgamenta feruntur

¶ Vermis conscientie

Consci: mens culpe taxos attonitaqz mandit

Semper et in tenebias suppliciaqz cadit

¶ Virtus superat tempus.

Longa dies marmor solidum contrivit et era

Tempus enim dura singula fance terit

Maius opus virtus quam nec dissoluere possunt

Tempora. nec rauco fulmina pulsa sono

¶ In Rhomam.

Rhomanius pater est mauoris lupa martia matris

Hec hominum mores ingeniumq; docente

Vivere qui sancte cupitis discedite. rhome

Omnia cum licet non licet esse bonum

¶ Grates,

Vnde tibi maeritas possim persolverae grates

Non habeo. supraeri praemia digna ferans

pectore sub nostro semper tua vivet imago

Nec potero moriens immemo: esse tui

¶ Usledictio.

Vivae memor nostri longus feliciter annos

Post obitus videas regna beata valae

¶ Livo;

Causa malii liuo: suffusaq; lingua veneno

Erhalatq; grauem vox importuna memphitica

Solus his acutis stimulis hoc percitus oestro

Stentorez qui voce tonat qui gutture latet

Sulminat. it rodens et rectum pandit in omnes
¶ **J**udicium inuidie patitur vita.

Inuidiae morbo praesens male iudicat aetas

Judicium melius posteritatis erit

Nociva phoebeum visu non sustinet orbem

Hoc etiam iouis armigeru putat esse negatum

¶ **C**ausa dilinijs praeteriti.

Ob scelera et culpas hominum ritusq; nefandos

Impia diffuso perierunt secula ponte

¶ **C**ausa cōflagrationis futurae.

Ob scelera et culpas hominum ritusq; nefandos

In cineraes ibit tellus temenq; fauillam

¶ **F**atum invincibile.

Tristie relucando non est laene vincaere fatum

Conariq; polos et fortia sydera contra

Ponae praeces ambire deos et sydera noli

Quod celum superiq; ferunt mutabile non est

Omne quod a superis bellum est renocabile non est

¶ **S**omnia.

Que simulacra magis vigilans exercet. in unum

Nocte revertuntur verisq; simillima formant

Cecaq; pieteritas imitantur somnia arras

¶ **M**ali pastores populi.

Invisi superis fedaq; libidine olentes

pastores. obere pecus nec pascere curant
Sed tondere greges pecoriq; illudere tonso
Neglecto superum cultu spiroq; tonantis
Imperio bacho indulget reneriq; ministrant
Scorta tegunt geminis canibus conuicta ponunt
Hui frustra incessis iterant sacra orgia dextris
Sancta deum vanis penetralia vocibus implet
Irritant irasq; mouent non numina flectunt
¶ Querela de religione nostri temporis
plurima sunt nobis sancti vestigia secli
Et gentis monumenta pie sunt ardua templa
Sunt sacris congesta patrum sancta ossa sepulcris
Est fidei caput est veri latria tonantis
Ista sed hesperidum velut aurea mala dracones
Ceruli servant res detestanda nec ullis
Glenda satis lachrimis. nec me conuicta quisquam
Texere causetur modicarq; excudere carmen
Hec sunt pro sanctis gemitus lamenta dolores
Moiribus. et superum pro maiestate querelae
Non ignota loquo: liceat vulgata referre
Sanctus agit scurris venerabilis ara cinedis
Seruit honorande diuini ganimedibus edes

Ista mouent superos vocat hoc scelus ethere ab alto
Bellam famem et dirigi genus insuperabile morbi

¶ Scelus diffusum per orbem
Nulla quies terris totum scelus occupat orbem
Vtusquam tutaz quies regum sublimia tecta
Pastorumqz casas humiles malefida ruit sois

¶ Versus paremiales et adagiales

Blanda patrum segnes facit indulgentia matos

Bella gerant iuuenes vibana negotia patres

Pellere vim vi iura simunt et vulnere vulnus

Quicquid alit tellus avida vorat improba fance

Aspera sors veros et prospera tangit amicos

Successu elati superos acharontaqz rident

Frugum terra ferax argenti dives et auri

Indigene ostendunt que sit natura locorum

Solute tristitiam curasqz immegite bacho

Pocula prehende fluet melius post pocula sermo

Tuqz putas alios quo tu pede claudere passum

Delicias habet omne suas et gaudia tempus

Vir sapiens qui se ad casus accommodat omnes

Omnibus est lupus licet in regione laporum

Sorte tua contentus abi sine cetera nobis

Xes vulgaris amor studium commane inuente
Est commune malum semel insanimus omnes
Nos mihi non lingua maledicta refellere dextra
Tu chaos obscurum claro p[re]ponis olimpo
Vade bono auspicio sed meliorem rehi
Solet in exili virtus incongnita vestae
Non sinas ignauo vitam foidere vetero
Laeta procelloso turbas convivia vultr
Juditium reddit verum aenarratio vaera
Juditiumq[ue] timet fibemens male conscientia iusti
Non facit ad nos[tros] talis medicina dolores
Qui laeniter spondet promisso eludit inani
Recta placent nobis.ratione carenia nunquam
Triste triumphandi genns hoc vbi vincere vinci est
Inclita mois vita est.in gloria vita sepulchrum
Sollicitant pauidus vicina pericula mentes
Semper in aduersis maior vigilancia rebus
Prudens ardorem mentis ratione gubernat
Nemo est omnis homo non omnes omnibus artes
Tristia primevae flemus convivia matris
Involutis sors una omnes discrimine nullo

Saepe in authorem poena repulsa cadit

Fidite nam iusti comes est Victoria belli

¶ Humilitas authoris.

Quem minus ista iurant aedet meliora praecamar

Delphica namq; mei non sunt oracula versus

Nec quae sancta dabat phebi responsa sacerdos



Impressum lipsi per Baccalaureum Wolf-
gangum Monacensem Anno dñi 1512 In
vigilia barbare finitum.

